



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. II. Vbi sepeliendi sint exteri, viatores, & Peregrini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S. II.

Vbi sepeliendi sint exteris, viatores, & peregrini.

33 **R**espondent nonnulli Docto-
res apud Sylu. in ver. Sepul-
tura num. 8. tales esse sepeliendos
in Ecclesia maiori, seu Cathedra-
li, in qua de iure antiquo erat co-
munitis sepultura cap. ubicumq. 13.
q. 2.

Alij verò afferunt, quod sepeli-
ri debent in Ecclesia parochiali,
in qua decedunt, si nulla adsit cō-
suetudo in contrarium Seraphin.
dec. 1135. Ricc. in Prax. for. eccles.
par. 4. ref. 293. & hanc veriorem di-
cit Gratian. discept. 94. num. 73. &
communem dicit Sperell. decis. 87.
num. 12. & seq. præterim si in Pa-
rochia moram traxerunt, vel ve-
niant animo trahendi, ut schola-
res, vel sacramenta receperint à
sacerdote parochiali, ut d. Sylu.
loc. cit. Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 9.
de Sepul.

34 Limita si Episcopus decederet
extra propriam Diœcesim, & in
Ciuitate alterius Episcopi, quia
tunc non in Parochiali, sed in
Cathedrali illius Ciuitatis sepeli-
ri debet, ut dicunt DD. quos re-
fert, & sequitur Barbos. de offic. &
pot. Epis. par. 3. all. 114. num. 40.

35 Notandum est etiam quod non
possunt Parochi plus recipere pro
tumulandis cadaveribus extero-
rum, quam ciuium pauperum ve-
rò cadavera gratis sepelire debet
iuxta decreta Sac. Congregat. apud
Lauor. var. elucubr. tom. I. tit. 2. c.

10. num. 7. Barbos. de offic. & pot.
Paroch. cap. 26. num. 83. & 84.

S. III.

Vbi sepeliendus sit qui habet domi-
lium in una Parochia, &

habitat in alia.

36 **R**Esp. quod sepeliendus est in
ea Parochia, in qua dece-
dit: vbi enim quis ad præsens ha-
bitat, & animum habet per ali-
quod notabile tempus permane-
di, licet non constituendi domi-
ciliū, ibi dicitur habere paro-
chiam, ut cōtingit in officialibus,
scholaribus, famulis, nutricibus,
conductoribus domorum, & si
milibus Cenall. præct. quest. comm-
cont. commun. q. 458. num. 36. Gra-
tian. in to. 1. discept. 75. num. 18 & seq.
Sylu. ver. Sepultura nu. 8. Menoch.
conf. 398. nu. 25. & 26. lib. 4. Sanch.
de matrim. lib. 3. disp. 23. sub nu. 12.
ver. & confirmatur Gutier. de Ma-
trim. cap. 63. num. 19. vbi banc op-
tionem dicit esse benigniorem, &
veriorem. & videtur probari ex
cap. fin. de Paroch. & cap. in nostra
de Sepult. ibi, soluta quarta Paro-
chiali Ecclesia, de cuius Parochia
mortuorum corpora assumuntur,
vbi habitat consideratur, non
domicilium; eo enim ipso, quod
aliquis percipit sacramenta in
aliqua parochia, in dubio videtur
ibi elegisse sepulturam Sylu. in
ver. Sepultura nu. 8. Seraphin. dec.
1135. num. 3. Gratian. to. 1. discept.
94. num. 74. Sperell. decis. 87. num. 6.
37 Hoc tamen intellige, dummo-
do non sit causa recreationis, vel
alia

